

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

ad inias. Quibus cum iusto sacramento consuetudo erat: vt in iudiciis vtraque pars iuraret suam petitionem: vt ipse crederet: esse iusticiam: ac veram: vel negationem: accusationem: vel defensionem. & tanta apud eos. iurandi obseruatio fuit: vt qui iurasset ex eo iudicio non sine magna laude: vel ignominia euadere posset. Laude. si vicisset. Ignominia. si victus fuisset. Quod haec consuetudo antiquitus fuerit: apud Valerium quoque cognosci licet: vbi de testamentis tractat. Afronia inquit tum cum sorore sacramento contendere voluit. Item alibi. L. quidem Sextilius: & M. Pompilius: quos. P. aneus sanguine sibi coniunctos ex eadem

parte quae Tulianum. Haereses fecerat: facio cum adolescentulo contendere ausi non sunt

Quibus cum iusto sacramento neque enim iuste iurares materiam propter propriam oratoris esse. Nam ab illo fonte & capite Socrate: philosophi inquit qui a Socrate descendunt. instaret oratorem de vita & moribus hominum non posse discernere. Ab illo fonte & capite dicit. quia Socrates primus fuit. qui morale philosophiam de caelo in terram descendit. Hominum moribus. id est de ratione vitae: quae tum ad morale philosophiam. Vita autem ratio triplex est: Politica. Monastica. & Economica. Singulae familiae. id est sectae. Nam philosophiae moralis tres sectae fuerunt: quae quidem probarentur. Stoici: Peripatetici & academici: Epicurei quoque de moribus & vita disputarunt: sed belluarum more. Stoicorum principes Zeno fuit. Peripateticorum autem Plato. Et stoici quidem nihil propter virtutem bonum esse dicebant. Peripatetici autem virtutem quidem summum bonum affirmant: sed alia quoque esse. quae bona & essent: & appellari deberent: vt diuitiae: potentia: nobilitas: bona ualiditas: & huiusmodi alia. Cum his etiam esse quaedam adminicula ad virtutem comparanda. Rursus Stoici neminem bonum esse dicebant nisi sapientem. Sapientem autem interpretabantur eum: in quem nulla animi perturbatio caderet. At vero Peripatetici bonum quidem neminem esse nisi sapientem affirmabant. Sed sapientem eum: interpretabantur in quem perturbatio animi caderet: sed virtute: eas coerceret. Academici autem nihil confirmabant: sed quod probabilis videbatur. id in sua disputatione sequebantur. Et dicebant omnia de quibus disputaret homines videri magis: quam vt ita esse affirmari posse. Disputationum suarum: atque interrogationum laqueis. Stoici concisus vtuntur argumentis.

vt exempli gratia. Probare nolunt diuitias malum esse: hoc modo intendunt. Diuitiae plerumque nocent: ergo male sunt: breue hoc: sed validum: ac prope necessarium argumentum est. Adiumenta: atque ornamenta dicendi. Cum dicit adiumenta: respicit illud: Quid autem tam necessarium: quam tenere arma: quibus vel tectus ipse esse possis: vel puocare improbos. vel te vicisci lacessitus. Nam arma significat locos: ex quibus argumenta sumuntur: siue rationes nostras confirmare: siue aduersariorum dissoluere volumus. Nouimus autem Aristotelem & Theophrastum. Peripateticos maxima eloquentia viros: locos non solum logicos: sed etiam rhetoricos & subtiliter composuisse & tractasse. cum vero dicit. atque ornamenta dicendi. tangit illud. Aut tam iocundum cognitum & auditum. quam sapientibus sententiis. grauius verbis ornata & perpolita oratio: Hoc ergo quod supra Crassus dixit. ad ornamenta dicendi pertinet. quae ex philosophorum fontibus hauriuntur. Nam sapienter & grauius dicere nemo potest: qui non praecipua philosophiae didicerit. Aristotelem: Aristoteles Stagyrites inter omnes Platonis discipulos maxime excelluit. Theophrastum: Theophrastus autem celsius fuit: vir summae prudentiae: studium quoque singularis: ac diuinae eloquentiae. Ad eum audiendum praecipiebant discipuli ad duo milia. Fuit autem Platonis discipulus: deinde Aristotelem. cum autem ex Aristotele praecipua quae res: quae post mortem successurum relinquerit tradidit Theophrastum. Missos facio. est occupatio. Mathematicos. vt Astrologos. Geometras. Quaedam propria facultate: vel iuriscultum. vel philosophum. quia ingenio praestans. In iudiciis: quae tum ad iudiciale genus. Concionibus: ad demonstratiuum. Sententiis. ad deliberatiuum

contendere non liceat. et. Urgerent praeterea philosophorum greges: iam ab illo fonte & capite Socrate: nihil de bonis rebus in vita: nihil de malis: nihil de animi perturbationibus: nihil de bonorum moribus nihil de ratione vitae didicisse: nihil omnino quod scire conuincerent: & cum vniuersi in te impetum fecissent: tuque singulae familiae littere tibi intenderent. Instaret academia quae quicquid didicisses: id te ipsum negare cogeret. Stoici vero nostri disputationum suarum: atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. Peripatetici autem haec ipsa quae propria oratorum putas esse adiumenta atque ornamenta dicendi: a se peti dicerent oportere: ac non solum meliora sed etiam multo plura Aristotelem Theophrastum de his rebus: quam omnes dicendi magistros scripsisse ostenderent: missos facio mathematicos: grammaticos: quorum artibus vestra ista dicendi vis nemina quidem societate coniungitur. Quobrem ista tanta tamque multa profitenda Crassen non censeo: satis id est magnam: quae potes praestare: vt iudiciis ea causa quacumque tu dicis: melior & probabilior esse videatur: vt in concionibus & sententiis dicendis: ad persuadendum tua plurimum valeat oratio. Denique vt prudentibus diserte: stultis etiam vere videare dicere. Hoc amplius siquid poteris non id mihi videbitur orator: sed Crassus sua quadam propria non communi oratorum facultate posse. Tum ille